

Disputatio  
DE TVTE LIS

QVAM  
Cœlesti Numine,

Præside

Clarissimo Consultissimoq; Viro

D. Conrado Rittershusio Ic. & Antecessore in in-  
clyta Academia Altorphina præ-  
stantissimo.

Publicè examinandam cupidis LL: studiosis  
offert.

*Ioannes Nicolaus Freigius F.*  
Mense Augusto Die 111.




N O R I N B E R G A  
TYPIS CHRISTOPHO-  
RI LOCHNERI.

---

Anno. clc. lcc. lllc.

b152 94250 (10)



AMPLISSIMIS, NOBILIS-  
SIMIS AC PRVDENTIS-  
SIMIS VIRIS

- D. HIERONYMO BAVMGARTNERO.
- D. ANTONIO GEVDERO.
- D. MARTINO HALLERO.
- D. PAVLO COLERO.

ALTORPHINÆ ACADEMIÆ  
CVRATORIBVS DIGNISSIMIS


DOMINIS MEIS SVMMA  
PERPETVAQVE OBSERVAN-  
TIA ET STUDIO COLENDIS.

Has primitias iuris Civilis

D. D.

*Ioannes Nicolaus Freigius.*





## THE SIS PRIMA

**T**UTELA est vis atq; potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui per aetatem sese defendere nequit, iure civili data ac permiffa. Hanc qui habent, Tutores ex re ipsa appellantur, quasi tutores & defensores.

### I I.

*O*lim Tutela alia erat Muliebris, alia pupillaris. Hodie illa obsoleta, haec sola remansit, cuius species tres sunt; Testamentaria, Legitima & Dativa Sed priusquam de singulis videamus, de personis, quae tutores dari possunt, in genere agamus.

### I I I.

*P*ossunt esse tutores non tantum paterfamilias, sed etiam filiusfamilias invito quoq; patre. Cum enim tutela sit publicum munus, in ea patria potestas interquiescit. Non autem femina, nisi mater & avia; dum tamen à secundis nuptijs abstineant & se, Velleiano renuncient.

### I V.

*S*ervus quoq; tam proprius quam alienus dari potest. Proprius quidem pure, & tam cum libertatis datione quam sine ea: alienus vero tantum sub conditione: Cum liber erit. Imò & furiosus & minor; Si nimirum ille ad sanam mentem reuersus: hic maior factus fuerit. Magistratus tamen neq; servum rectè dat tutorem, neq; furiosum vel mente captum, neq; minorem.

### V.

*M*usi, surdi, caci tutores dari non possunt: ut nec incerta & turpes personae, milites, creditores, & debitor pupilli.

### V I.

*D*atur tutor vel pure vel sub conditione ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel ante vel post heredis institutionem.

### V I I.

*P*upilli siue velint siue nolint in tutela sunt, cuiuscunq; etiam sine sexus, dignitatis, conditionis: cum curator adolescenti invito non datur, nisi ad litem.

### V I I I.

*C*erte vero causa vel rei dari tutor nequit.